



R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera

Merchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

4. In Festo Conceptionis B. M. V. tripartita. Fundatur exultatione universæ
terræ civitas Regis magni. Ps. 47.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

*Bern. 20. in
Cant. 12.* dum extrema verba prouinciares: *Iomanus tuus
commendo spiritum meum*, in coelestem patriam
migravit. His possumus cum S. Bernardo dicere
*Vbi est mors vicitur tua? ubi est mors stimulua sua?
Iam non est stimulus, sed jubilus; iam cantando me-
ritur homo, & moriendo cantat. Quare moriendo
cantat? Quia jam adipicunt dies, & inclinatur um-
bra. Ipsi enim fiducialiter dicunt Domino: *Tu re-
fugias nostrum, tu protegias, tu certas alias & vita.
Nihil enim aliud querunt quam Iesum, in inclina-
tionem umbras huius miserae vite;* illiq; cum Pro-
phetæ valent dicere: *Si ambulavero in medio umbra
mortis, non timebam male, quoniam tu mecum es.* Non
ergo timent umbram, jam eis adipicente die, dum
per umbras transirent; ideoq; quo dammodo mor-
ti infultare cœnentur, & in luce appropinquante
exultare.*

*Pof mort. 10.
Post mortem porro S. Nicolaus admirabilis fuit
per innumeram miracula. Sed & hoc continuum fuit
miraculum, quod unguenti odoriferi copia ex ejus
sepulchro annis plurimis exundare vifa sit, per quā
ægis concurrentibus sanctas reddebaratur. Ideo de-
co canit:*

*Missale
Laodicea. Ex ipsius tomba manat unctio copia.
in Proph. Quæ nprimos omnes sanat per ejus suffragia.*

*Symolum quoq; erat haec copia olei abundantis
& admirabilis uocatio, quia ejus anima celerrima
erat perfusa, dum in vita ageret. Unctio enim
docebat eum de omnibus, quia pro confortibus
suis unixerat eum Dominus oleo gratiae & sapientie
spiritualis.*

*Conclu-
so. O sanctissime Pontifex Nicolae, doce nos sa-
crae uerbi contemplatione, nec post aurum, nec post
carnem, nec post Saracenan abire, sed odisse carnalem
& maculariam tunicam, & quidquid animam
decorare valet Trahe nos post te, ut à te nobis
relata pictata puritasque sequiamur vestigia &
exempla. Trahe, & libera nos à fructibus procello-
sis in naufragium perducentibus, & fac, ut ad portum
securi appellere possumus, ubi triumphantium
nautarum celestium tecum decantare valeamus, &
in sæcula seculorum Dominum collaudare.*

*LECT. 4.
tripartita. IN FESTO CONCEPT. B. M. V.
Fundatur exultatione universa terra. Canticus Regis
Magni, Psal. 47.*

*Pars I. De B. M. C*ivitas Ierusalem in saeculis Literis, *Civitas Dei,*
et Civitas Regis Magni, solet nominari, quia
Virg. Ci ab ipso Deo electa fuit tamquam Regalis & Sacer-
dotalis Civitas, in qua habitationem volunt figere,
Regi Ma- & Templum suum habere, variisque illas privi-
legijs adornavit. Unde Judei confederates & glo-
riantes in hoc Templo & habitatione Dei, sole-
bant dicere: *Templum Domini, Templum Domini,
Templum Domini, Quasi dicerent: Non sunt nos*

*Deus vestari ab hostiis, quia Templum & habi-
tatio ejus specialis apud nos est. Quibus respondet
Dominus. Si bene direxeritis vias vestras & sis-
tia vestra, habitare vobis cum in loco isto. Quasi di-
cat: Nolo vos nimium confidere in hoc, quod Ci-
vitas vestra Civitas Dei sit, & Templum ejus habi-
tatio Dei, & ceremonia externis ibi colatur Deus;
sed simili videte ut Deo dignos vos exhibeat pa-
ravit & scelerum expiatione, & tunc Civitatem
meam agnoscam, & Templum meum protegam,
vosque ipsos. Ultra Civitatem Ierusalem, quæ Re-
gia & Sacerdotalis erat, tria significari solent in
Iesu mystico per Civitatem Dei, sive Civitatem*

Regis Magni.

Primo significari solet Ecclesia Dei, quæ ex va-

1. Civitas

rij nationibus, linguis, populis, unum colle-

Regia Ma-

ta, velut civitatem constituit, in qua unio & con-

grex & Ec-

finitus est morum & animorum, consensus ejus;

clara mi-

dem fidei & spei, colligatio charitatis & amoris.

litans.

Sic initio eorum qui ad fidem convertebantur,

erat cor unum & anima una, diversumque fo-

rent nationum & conditionum. Dei ergo Ci-

vitas

est Ecclesia, & Civitas Regis Magni, quia ibi

Regis

Deus regnat per gratiam & dona spiritualia & ibi

specialiter dominatur tamquam super populo à se

electo. Hac et illa Ierusalem, quæ adiuvatur ut Cib-

psal. 121.

witas, cuius participatio in idipsum. Quia sicut

qui iudeum sunt civitatis, habent communicatio-

nem in iudeo privilegijs, silvis, pacuis, fluminis,

foro, plateis, propter colligationem quan-

dam in eadem societate politica: Ita Ecclesia, Ci-

vitas Dei, omnes suos cives fecit participes spiritu-

litum bonorum, quæ Christus Rex Magnus in ea

posuit. Communicant enim in sanguine redem-

ptionis, in donis gratiarum, in Sacramentis fidei, in

verbo Dei, in promissis Evangelij, in pacibus do-

citorum, in fluminibus virtutis in fontibus Salvatoris.

Omnia haec bona sunt communia, tamquam

Civitatis Dei privilegia.

Secundo, per Civitatem Dei & Regis Magni, de-

2. Ecclesie-

signari solet Ecclesia triumphantis in ecclesi, ex An-

sa trium-

gelis tantis & amissibus beatis ordinatissima. Est phare-

tonum coordinata ex varijs ordinibus & choris tam

hominum quam angelorum. Habet Senatores suos

Apóstolos, Habet & Milites, ac Dices Martires

trophæ referentes. Habet Confessores, habet &

Conjuges & Virgines. Nosque qui jam adhuc pere-

grinamur in terris funis illius concipi cives

Non enim habemus hic civitatem permanentem, sed

futurae angirimus Ad illam Civitatem adpira-

mus, ubi nulla diuersio, nulla turbatio, nullus ho-

ris. Unde etiam Ierusalem specialiter nominatur,

quia ibi plena est Virgo pars.

Tertio, Beatisima Virgo Civitas Dei dicitur: Civitas

Regis

& Civitas Regis Magni, quia Deus volens ordi- Regia Ma-

nit negotiorum salutis nostræ, & inter nos conver-

gati

in Virgine fidelis sibi elegit & habitationem: quia ob-

doma

In illa eternum novum mensibus habitavit, & per eam

16
donagratiae & gloriae in æternum habitabit. Multiplici ergo ratione Cœparatur titulum *Civitas Regu Magni*.

Prima ratio est, quia eam sibi specialiter edificavit, specialiterque suam fecit. Potentes hujus seculi, dum aliquam specialiter Urbem vel Arcem ædificant, nomen suum illi tribuant. Arma & insignia sua, effigiemque imprimunt in ea. Sic ab Alexandre Alexandria nomen sumpsit, à Romulo Roma, ab Antiochis Antiochia, à Constantino Constantinopolis, à Philippo Philippopolis, à Carolo Carolopolis. Non absimiliter Deus, postquam Virginem sibi exædificavit tamquam Civitatem Regis Magni, scipsum in ea insculpit, suamque eum insignis effigie impletus, in ea feliciter incamans, naturamque humanam ex ea assumens, ut qui secundum divinam naturam erat *Splendor & Imago Patri*. Figuraque *Substantia ejus*, secundum natum humanum fieret *Splendor & Imago Mariae in similitudinem hominum factus*. O ergo admiranda Civitas Regis Magni, eius effigie decorata, quando eam fundavit in se *Altissimum*, eamque sua vicit, sim effigie condecorans, quando *Homo natus est in ea*!

Secunda ratio, cur *Civitas Dei* specialiter intulitur, est, quia singulariter ab eo fuit electa, ut in ipsa tractaretur inclita pax inter hominem & Deum, inter hominem & Angelum, inter hominem & cœlum. Erat enim illud clausum homini tamquam hosti: in cuius rei figura Angelus velut hominis adversarius gladium flammœ tenet.

Psalmus 86. ad ianuam Paradisi, ut eis ingressu hominem arceret. *Verè glorio dicitur sunt de te, Civitas Dei!*

Laudatio 2. Non enim solum edificavit te, vel Arma & insignia tua in te posuit Filius Dei, sed etiam facit in te magna, qui potens est, dum unionem illam efficit, qui humanitas divinitati juncta fuit, per quam & pax facta est in celo & in terra, & Rex pacificus magnificatus est super omnes Reges universa terra. *Rex in qua* ille, cuius vulnus defederat universa terra. Verè hic postulus dicens, ratione hujus pacis adeo necessaria, adeo defiderat: *Magnus Dominus & laudabilis nomen in existente Dei nostri dum parvus factus est & amabilissimus, illum afflumens sanguinem, per quem pacificare; quo in terra sunt & in celo.*

Psalmus 47. Tertia ratio, ob quam Virgo Deipara singulariter vocetur *Civitas Dei*, sive *Civitas Regis Magni*, est, quia semper illam Rex ille Magnus ab omni incuriu hominis specialissime proroxit, ut æternam Civitas haec agnosceretur sua, quia numquam sufficeret aliena. Quapropter de eæ rectissime dicimus illud: *Non ingrediatur urbem hanc, nec metet in eam sagittam, nec occupabis eam clypeus, nec circumdat eam munisio. Protegamus urbem hanc, & servab eam propter me*, & propter David, servum meum. Hoc equidem de Sennacheribus dicitur, qui cum confusione coactus est redire per eandem viam, qua venerat, quasi circulo injecto in nares & franco

4. *Reg. 19*

Colloquio 1.

Psalmus 50.

servari à peccato originali, varias passum reperies apud Doctores & Concionatores de hac re ex professo & fuisse tractantes, ideo hic superfedeo eis referendis, sicut & auditoribus SS. Patrum, Hoc solus dico cum S. Ascelino: *Decur Virginem, quia Deum erat puritatem, et puritatem, quia sub Deo major nequit intelligi.* Cùm ergo potuerit dominus hanc puritatem Conceptionis Matri impetrari, decuit id fieri, & factum fuisse p̄ assertur. Ab ipsa ergo Conceptione in benedictionibus dulcissimis est præstant ab illo, qui eam potuit prævenire, & à damnationis alienæ chygraphi libera reddita est, quia puritatem erat illum, qui illud chygraphum detulerunt erat affigens illud Crucis. Quapropter S. Damascenus, sic de eius Conceptione loquitur: *Natura gratiam asepti de Nativitate revertere causa non est, sed tantisper expellatur, donec Virginis gracia fructum suum producatur.* Et S. Cyprian. *Non sufficiat iustitia, ut illud via electione communione faceretur iniuria, quoniam plurimum à ceteris differeat, natura communicabat, non culpa.*

Orat. I. **Pars II.** **Disponitio.** **Civitatis cuius in Concep.** **B. M. V.** **P. al. 86.**

Endatur hæc Civitas Magni Regis exultatio in universa terra, ut subdit Propheta. Fundata autem cœnatur in eius Conceptione, cuius horum dum exultatione festum recolitur. **Fundamenta** autem eius postea dicuntur in montibus sanctis, sive in vertice montium, quia fundamenta sanctitatis eius adeo sublimia sunt, ut in altitudine montium sita iudicentur, quandoquidem ipsa incepit ubi alii deservent. Perfectiones enim & bona, quæ ei communicantur in Conceptionis sua affinitate, plenius uideoque grata major est, quam in Angelorum aut Sanctorum fuerit consummatio & morte. *Ue initium ejus fatigum excedit sanctitatis aliorum Sanctorum.* Non absimile est, quod dicitur: *Erit mons dominus Domini in vertice montium.* S. Gregor. *Potest montus nomine beatissima Virgo Dei Genitrix designari, que electio sua dignata omnem electricam creaturam & altitudinem transcedit, que certe moritorum super omnes Anglos adiutum uique destatu exxit.* Verè ergo montes alti fuere quilibet Sancti: sed sicut si quis mons effalteret collatus super alios, ut fundamenta eius super verticem aliorum eminenter, sic fidum est in MARIA, ita ut eius inferiora Sanctorum sublimia superent, quasi eacumina montium & collium electorum. Ob id ergo meritò exultat universa terra in die foundationis, sive Conceptionis eius, quando super sublimissimum & solidissimum fundamentum gratiarum & perfectionum fundatur hæc Civitas Dei, & ita fundatur, ut nusquam tuber per ultimū impulsū hostilem. Vlterius meritò dicitur fundari *exultatione universitatis*, quia eius Conceptione fuit signum approbationis & redemptoris & fatalis humanae, quia tot seculis, tot desideriis, ac votis expectabatur ab universa terra. Hinc canit Ecclesia: *Conceptionis, Dei Genitrix Virgo, gaudium annunciatum*

universo mundo; ex te enim ortus est Sol justitiae Christi Deus noster, qui solvens maleficium dedit, benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam. Immo non solum terra, sed & celum exultasse cœnendum est in Deiparæ Conceptione. An non cuim gaudie perfusi sunt Angelorum chorū, dum Reginam sua Conceptionem agnoverant, & Regis sui novi in & futurum adventum praefiserunt? Certe si de Patre æternō testatur Apostolus, quod cum introduceret Primogenitum in orbem terrarum, dixerit: *Et adorant eum omnes Angelorum.* Conformatiter postulamus dicere, cum introductus in orbem terrarum eam quæ hunc Primogenitum suum debebat utero concipere, cum integratate parere, cum amore singulari educare, voluisse ut omnes Angeli cam venerarentur, tamquam colorem Reginam ab æterno prædestinatam. Ereditatem ergo filii Sion, electi Dei Angeli, & videte ac veneramini Reginam vestram in diademate carnis purissimæ, quo coronavit eam mater sua Anna, & in diademate gratiarum speciosissimo & fulgidissimo, quo coronavit eam Pater æternus, & Filius Dei, ac Spiritus S. quandoquidem electa sit ut specialis Filia Patris, ut specialis Mater Filii, ut specialis Sponsa & Thalamus Spiritus S. Ereditatem & videte in terris eam, quæ coram vobis postmodum glorie diademate in celis coronanda est, per quam & instauranda sunt civitatis vestrae ruinae.

Eiam inferis letitia fuit & exaltatio in hujus Reginae Conceptione. Ibidem radium specialis letitiae percepimus antiqui illi Patres, qui iuxta Heb. XI. fidem defuncti, non non accepta recompensatione. Hæc est enim, per quam promulgo adimpleri debebat, & illi, cui Promesse & Missus nomen est, prece prope diu venturus era. Qui dictus erat, *Desiderium collatum aeternorum* (hoc est Patriarcharum & Prophetarum, qui tamquam colles & montes in populo excellebunt) in hac electa Civitate primam habitationem figere debeat, & ideo dum illi præparabant hæc habitat, tamquam Regi Magno & Liberatori suo, non potuerunt non exultare, & oraculorum propheticarum, sive figurarum præcedentium adimplutionem cum latitudo considerare.

Quidni igitur exultaret terra & cœli, homines & Angeli, in hac foundatione Civitatis sanctæ, in hac Conceptione Virginis Deiparæ, quandoquidem cœnatur hic *Opus grande!* Neque enim in **Pav. 29** homini habitatio præparatur, sed Deo, ut de Templo Domini dicebatur. Unicuique debetur habitatio statu suo congrua, & juxta qualitatem in habitantis præparatur & adoratur. Sic Paleari ovium vel caprarum sufficit tugurium ex arbustis & ramis contextum, sic Agricola domus lutea; Civis urbanus meliorem sibi præparat & adaptat; Mercator vult amplam. Nobilis plendiferam, Princeps & Rex palatium sibi adorari jubet infra Etillimum rebus omnibus. Quid ita? Quia hoc videtur

Gaudium ex Concep. **B. M. V.**

**M V eſt
opus**
grande.

detur eorum dignitas exposcere. Sed qualem ergo habitationem decabit adorari pro divinae Majestatis domicilio? Et quis poterit sufficenter pro dignitate providere, nisi ipse qui suam perniciose dignitatem? *Opus ergo grande est MARIA, quia non homini, sed Deo habitat preparatur in ea.*

1. *Opus grande, quia in illi agnoscet debet super omnia opera Deimajestas & potentia.*
 2. *Opus grande, quia in illa magis est laudans & glorificandus,*
 3. *Opus grande, quam in rerum omnium creatione, cœli, elementorum, Angelorum, hominum.*
 4. *Opus grande, qui in ea debet Dominus opus tale facere, ad quod obliuiscant cœli & terra, homines & Angeli.*
 5. *Opus grande, quia ipse se spiritu divino prophetat: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes quia facta mihi magna qui potens es, et sanctorum nomen es tu. Opus grande, quod opnes concernit generationes, ad omnium salutem ordinatum, per quod divina cluxit misericordia a progenie in progenies.*
- Luc. 1.1.** *Opus grande, ad quod Pater potentiam, Filius sapientiam, Spiritus Sanctus suam contribuit bonitatem, ut perfecte fabricaretur.*

Quod si de Throno Salomonis prouinciatur:

- 3. Reg. 10.** *Non est factum tale opus in omnibus regnis, quid dicitur de Deipara Maria veri Salomonis vero Throno? Non est factum talc opus in terra, aut in celis. Non est inventa talis creatura, tor & tantis dominis adorantia; quandoquidem in eam effudit Deus copiosissime divitias potentiae & gracie sua. Nam ut dictum est, in tua conceptione & prima sanctificatione, ita donis gratiae excellit, ut omnem*

**Thomus
Salomonis
3. Virgo.**

*altitudinem Sanctorum superaret. Quicquid enim fuit in Patriarchis, in Prophetis, in Apostolis, in Maryibus & Confessoribus, in Virginibus & omnibus El-Äis, Iunno & in Angelis spiritibusque beatis, eminenter & perfectoritate in hac Virgine: tanquam in speciali Dei operi repertum est. In ea sudes Patriarcharum, sapientia Prophatarum, charitas Apostolorum, sapientia Doctorum, innocentia Confessorum, puritas Virginum, perfectio Angelorum, lumen Cherubinorum, ardor Seraphinorum locum habuere excellenter, quia *Opus grande, erat, in quo non homo preparabat habitatio, sed Deo, ab ipso Deo.* Fundavit enim eam *alitissimus ipse, nec cam prater cum aliis poterat dignè fundare, quam is qui post fundationem volebat ex ea nasci, & hoc admirabile, & ante inauditum Acigmo Orbi proponere: Qui fundauit eam, natus est in ea. Quomodo fundavit, natus est in ea? Acigmo erat fanaticus & seceritimus, donec evenitus id declaravit, & ipsamet Sapientia nos ore proprio id edocuit. Ergo haec omnia considerantes in die Conceptionis Deiparae Marie, merito illud proponimus & reperimus: Fundatur exultatione univerſa terra Civitas Regis Magni. Et iterum: Magnus Dominus & laudabilis nimis in Civitate Domini nostri, in monte sancto ejus.**

Denique dicamus fundati exultatione una pars III. veræ terræ Civitatem hanc Regis Magni. *De M. V.* quia omnes nationes, populi, linguae, omnes cuius liber conditionis, quamlibet barbari, quamlibet refugii bet antea ignari, ad eam refugium habere poterunt, & benignè ac secure suscipientur. Omnes toribus, quilibet ere gravati, quibuslibet cooperi flagitiis, quamlibet desperati, & vindicibus flammis proximi, etiam si totam in sceleribus vitam consumperint, rei gehennæ milites & damnationis æternae: Si reliquæ peccata voluerint, & ad vitam respire, vinculaque occasionis quibus irriti retinunt sunt dissolvere, pia & misericorditer recipiuntur a MARIA, ex voluntate ab omni culpa fugiunt. & poena, ab omni debito & damnationis chygrapho; nec eis in malum poterit quispiam prævalere, subiectus Salvagardia & protectione; quia Urbs est refugii; Urbs fecunditatis omnibus sperantibus in se & recurrentibus ad se animo pio & contrito. Quis enim ab ea unquam reiectus fuit, licet Deum abjurasset, licet proprio sanguine ob-signando chygraphum, demoni se obstrinxisset & tradidisset?

Notum est de Theophilis Archidiacono in opere Exempli do Cilicia Adana, quia ab amulo accusatus, & de Theophili officio cœconomia in eadem Ecclesia dejectus, co-imperatis devenit, ut hortatore quodam Iudeo Mago, Christus Dei Filium & Mariam Matrem eius abnegaret, dataque syngrapha totum se Santam visibiliter sibi apparenti imperio manciparet, ut iterum per eum officio restituueretur. Quod factum est. At postmodum miser tanti criminis confusus, totus animo perturbatus, nulla loqui quietus confitebatur, dum cogitaret se mancipium demonis abjurato Deo. Quid ergo faceret? Tandem ad Sanchisimam Dei Matrem sibi confügendum duxit, ac Templum ei horum petuit, nocte dieque cum jejunio supplicationis corda contriti offerens. Audi eius orationem ad Deiparam: *Domina mea benedicta, defensor generis humani, pro Oratio te & protectione corum qui ad te confugunt, scio quod Theophilus gravissime te offendit, & ex te namum Deum non ad te. Virum, nec dignus sum confugi mihi cordiam, aut oscipere, ingenuum. Iherusalem rego rota cordu mea contritione, & anima humiliata & confessione, offer me Christo, quia natus sum ex te, facta & nata de te atra Dei Parente, & ne abominarem me infelix es, nec despicias propter peccatorum corrupti a malo gno hoste. Pregebat homo auxilio preces tristissimas fudere, faciem verberare, solo adhaerere, templum Virginis lachrymis rigare, in jejunio orare, & in Virginis imaginem, quæ ibi veneratione habebat, oculos madentes ergens, iterum dicebat: Te habeo post Deum protectionem & defensionem Dominam meam benedictam, ad tuum intus auxilium & gubernationem, non despabo, non faciam irrita, quæ tibi pollicitur sibi. Quis proferatur in te, Dominam meam benedictam, & padore efficiens eis, aut derelictus rogans open tua: Quid tandem? Theophilus quadraginta dies in templo Virginis perdutus.*

perduras, & orandi ac plorandi sinem nullum faciens, opulante Virgine syngrapham Diabolo traditam, qua Christianissimum abjuraverat, recepit, & in gratiam Dei reddit, dignosque peccatis fructus egit; ita ut publicè per Episcopum reconciliatus viram sanctam egerit, & Sanctorum Catalogo sit adscriptus quarti Februario. Tantum valuit Maria Deipara intercessio, tanta ut obtinere potuit summa cum fiducia refugium ad hanc Civitatem Dei, Civitatem Regis Magni, ubi post lachrymas exultatio infinitur, quantumlibet obsecno peccatorum.

Quapropter de illa recte dicimus, verum esse illud à Platè pronuntiatum: *Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei! ibi alienigena, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi sicut illic.* Qui sunt alienigenæ, nisi peccatores a Deo alieni, quasi ab eo non sunt geniti, sed puri, ramificationis impiæ, cuius Pater diabolus est? *Vox ex Patre Diabolo est;* non etsi filii Abraham, filii Dei; sed alienigenæ de generatione adulteræ, dicebat quibusdam Dominus, qui fides & devotionem Abraham non imitantur, sed impietatem Satanae, invidia oceccante seculabantur. Quid est Tyrus nisi anguilla? Hoc enim significat etymologicè. Quid populus Aethiopum, nisi populus peccatis denigratus & deturatus? Quocirca dicebat Dominus: *Nam quid filii Aethiopum estu vos omnes mihi Irael;* Quod dicat: non vos jam agnoscetis ut filios Abraham, aut Isaeac, aut Jacob; tantum enim sunt velfra flagitia, ut potius vos filios Aethiopum dicens agnoscet, quia totaliter virtus eius fondit & denigratur. Hi interim omnes, sive alienigenæ dicuntur, sive filii Tyri & anguillæ, sive de populo Aethiopum denigrati, si refugium habent ad hanc Civitatem Dei recipiuntur benignè & sunt ibi de populo & Filii Dei: omnisque anguilla tollitur de corde, omnis nigredo peccati de facie, dealbanturque cum exultatione. *Sicut luxantium omnium habitatio est in te, ô Civitas Dei!* Sancta Dei Genitrix filios semper novos, novum populum Deo gigante novum cum gaudio. Propterea etiam introducitur dicens: *Memento Rahab & Babylonis, scimus me.* Nonne Babylon confusione significat? Nonne Rahab mereinx erat? Ergo nec obliviscitur Matria nec delictum confusione filias, ne quidem illas que obsecno merecito quæcum fecerunt; & diu in statu confusibili & impuro permanenter, si tandem se & Virginis benignitatem agnoscentes, ad illam confugium habuerint, tamquam ad Civitatem in qua tollitur omnis impuritas, omnis confusio preterita, redditurque vera cum puritate latitiae. Hæc neque est gloria Virginis nostræ, cuius in Conceptione fundamente jacuntur *cum exultatione universa terra*, tamquam Civitatis Sanctæ, in qua Deus fedus vult nasci cum omni peccatore & assylum præbere omni animæ accedenti, quantumlibet impura. Quod quidem semper factum esse,

mille exemplis possemus demonstrare. Unicunq; hic repetamus. *S. Maria Egyptiacæ.*

Hæc Maria Egyptiacæ in multis annis fuerat Vc. Exemplar, verò coœcursum ad festum Exaltationis S. Mar. Crucis in Jerusalem venit cum ceteris, non tam pietatis gratia, quam ad illaqueandum animas. At divinitus ab ingressu templi ter quatuor, repulsam passa est. Tandem divinam hic manum ipsa agnoscens,cepit prioris vita turpitudinem deplorare, & ad Deiparæ imaginem, quæ janua templi supereminebat, cum fletu feli convertere, & dicere: *Domina, que Deum verum genuisti virgo & propter hoc ipse factus es homo, ut peccatores ad penitentiam vocares, auxiliare mihi jam auxilium non habent, ut possem crucem, in qua passus es pro salvacione nostra, conficerem.* Adiecit deinde promissio nem, se posthac omnibus mundi illecebribus renuntiaturam, si votu potiretur. Virginis igitur ope ingressa, statim omnes voluptates repudiatae, iuventum exremum contendit, ubi vita priors manus penitentia exparet. Semper vero se MARIA commendavat, ut ad votum explendum sic custos foret & propria. Mox enim à conversione dixit: *O Domina, quæ me placuerit ducere, esto misericordia salutis magistra, viam qua ad penitentiam ducit, indica nos dereliquas, sub tuam enim praesidium conseruo. Si quadraginta septem annos complevit in deferto, & penitentia admirabilis Orbi speculum & exemplum feli exhibuit.*

Quinimodo quotidie Virgine Deipara nos tutamus, liberi sumus à demonis vario incusfu & tentatione. Ideo Civitas Regis Magni recte vocatur, *Læta Aquilonia.* Quia ipsa est quasi murus contra quidam oppositus Aquilonem, à quo pondus omne Tantis malum, hoc est flatibus immundorum spirituum, tunc five tentationibus & suggestionibus hollium spirituum ritualium. Unde nota dignum est, quod magni vir nominis & Theologus Avila cap 4 tractat. *Anadilia*, dicit se specialiter advertisse, scilicet contra tentationes carnales multis profusis aliquid ex parte recitat in memoriam & honorem patritus, quia Virgo concepta fuit sine peccato, & puritatis virginalis, cum qua Filium Dei conceperat. Hoc certissimum est, semper Virginis praesidium pie eam coelitibus suffit munimen contra tentationes gravissimas securum. De quo specialiter ergo in Horio Pastorum tractat, lectio 10. Remedio 2. contra tentationes.

Tu igitur, ô Virgo beatissima, es *Civitas Magistri Regi*, & simul *Virgo fortitudinis nostra, quæ clusi.* Salvator tamquam *Murus & Antemurale* tutatus est ab omni peccato & incusfu maligno, iam a Conceptione, ut nobis quoque turamentum fortes & munimæ. *Murus & Antemurale* fortissimum, quasi à lato & Aquiloni, quo ab orientem hostium quam ventorum & flatuum malignorum imperu & irruptione liberi cœsumus. Rogamus ergo Te, ô Virgo

¶ 2 Virgo

20 **Virgo purissima**, per beatitudinem Conceptionis suam, per primam anima tua benedictam sanctificationem, per primordia vita felicissima in matris tuae benedictæ Annæ utero, ut nobis imperatore digneris veram gratiam vitam, verâ animæ sanctificationem, veram conscientiam lætitiam. Ecce ad effectum deducentes, tandem pertingamus ad æternam illam & beatissimam Civitatem, ubi nullus amplius timor, nullus dolor, nullus insidias nullus hostis, nulla tenebra; sed latitia perfecta, exultatio purissima, lux indeficiens, pax consuminata, visio & fructu tecum & cum Filio tuo gloriosissima per infinita seculorum secula.

LECT. 5.
bipartit.

PRO FESTO S. LUCIAE.

PARS I. **Quenam** sit mulier illa fortis, de qua Salomon dicitur & SS. Patres. Ex quibus pauca hic delibanda sunt.

Primo ergo dicamus, in sensu allegorio esse Ecclesiam, quæ Christi, veri Salomonis Uxor est, & Mater omnium Fidelium. Audi S. Augustinus: **Mulierem fortē quā inveniet?** **Quod dixit,** qui inveniet, difficultatem inveniendi, non impossibilitatem vult intelligi. **Mulier ista fortis Ecclesia.**

Serm. **Quoniam** modo non est fortis, quia ab initio mundi tantis tribulationibus fatigatur, & tam non vincitur. **Mulierem** fortē quis inveniet? **Quis aliud nisi Christus?**

Non autem eam fortē invenit, sed inveniendo, fortem fecit. Hic S. Augustinus. Cui conformiter loquuntur S. Epiphanius in Ancorato suo, sic alioquens Chrysostomus: **O vos Orthod. xi. & Ecclesiæ Fabili, veritati filii, sapienti & fortissima mulieris illius filii, cuius gloria est apud Salomonem dicendum;** **Mulierem** fortē quia inveniet velut rara sit, immopotius una. **Fortem mulierem intelligit Ecclesiam Dei, vestram Matrem, quoniam ille fortis est, ut quae moriorum per singulas existatas persecutions pro nomine vestri sit.** **Care** nuptiis fortis est, ejus pignoriantur in Passione defecillent, inquit S. Ambrosius.

Dicitur aurem: **De ultimo finibus premium eius.**

Hoc est. Premium eiustantum est; ut cum pretiosissimi gemnis & margaritis, que ex ultimis mundi partibus adducuntur, comparari possit.

Immo premium carum superat: ita ut nihil ita pre-

dictum in finibus terræ reperiatur, quod non ipsa excedat prezzo suo, & estimatione, ac valore.

Hinc Hebrei legunt: **Longinquum ab unioni**

bui premium eius five longe superat premium Unionis & Germanum. Conformater legunt LXX.

Prestos et lapidibus preciosissima, qua valuerit. Quam letacionem sequitur S. Aug. ser. 218. de temp.

Ali si cœponunt, ut cœli dicere Sapientem, hanc

mulierem fortē adeo esse raram & preclaram,

ut in ultimis finibus terræ inquirendā sit, & inde

evocanda. Quapropter Beda, hic putat insinuari Ecclesiam Christi, etiam de ultimis finibus congregandam. Sicut enim Matthæi 12. dicit Regina Saba, **Regina Austræ**, à finibus terra venisse, ut audiret sapientiam Salomonis; sic & Ecclesia non solum ab Auro, sed & a quatuor ventis congreganda est, non tantum ut audiatur sapientiam illius, qui plusquam Salomon est, sed etiam ut illi foede-
re conjugali defonetur.

Dicamus secundò, per mulierem fortē intelligi MARIAM. Virginem, Virginum omnium ac mulierum Principem ac Reginam fortissimam: quæ fortitudine sua caput serpentis illius contrivit, cui dictum erat: **invictus ponat inter te & mulierem, inter tenetrum & femen illius;** ipsa conseruit caput tuum. Hæc certè mulier non solum fortis est & heroicæ, sed & omne superat primum inter lapides pretiosos, quia omnes non solum homines, sed & Angelos longè pretiosi excellunt. Audi Sancti Bern. **Quam aliam Salomon requirebat, cum** Ser. 2. **su-**

didi. **ebat:** **Mulierem fortē qui inveniet?** **No**veras per Miss.

Sapientus hujus Jesus in primis fragile corpus, lu-

brisca mentem; quia tamē Daus legerat promis-
sile, usq[ue] viceras per feminam, viceras per ip-

sum admirans dicebat: **Mulierem fortē qui inveniet,** metu quod est dire. Si ita de manu feminæ penitus

minus salu, & innocentia restituio, & de hisce vir-

do, neceps est omnino ut fortis producatur ad-

tantum opes idoneas. **Sed quis tam inveniet?** At ne

qui fruſſe putet adſpergendo, ſubdiſprophetando,

Procul & de aliis finibus premium eius. Hoc est: **De qui-**

non uile, non pavorem, non mediocre, non denique de his finib-

us, sed de celo proximo terra premium hujus fortis

mulieris, sed à summo celo egressus eius.

B. V. M.

Tertio dicamus per mulierem fortē intelligi omnia mulierem heroicam, strenuum, in-

duſtriam, prudentiam, omniq[ue] perfectione omnis

virtutis cumulatam. Solent enim mulieres esse

puffilantes & timide; nec ad natum libi habere

magnanimitatem; unde mulier secundum Gram-

maticos dicta est, quasi Molla aer. Quapropter

illa que mulierem superat infinitatem (hoc est, mollem & imbecillam naturam) conditione

fua superior exstens, mulier fortis appellatur, mulierque virtutis. Hæc in operando solet esse strenua, in patiendo magnanima, in regendo dexteræ,

in negotiando industria, in providendo, sollicita, in

omnibus agendis prudens & sedula. Atque sicut

circa familiare est laboriosa, ita erga Deum & vir-

tutus studium confitante est pia: quod utrumque

non parum est difficile copulare, quia pietas requi-

rit quietem & otium, sedulitas sollicitudinem &

negorum.

Ergo cum paucæ tales reperiantur mulieres, **Mulier**

merito dicit Sapiens: Mulierem fortē quā inver-

uet; **procul & de aliis finibus premium eius.** Quasi iuri

dicat: **Si** talēm in uxorem compare possit, qui paucæ

ad conjugium adpiras, nullis parcas expensis, quia

omne premium superat; & licet sine omni dote forci,

bona